Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



D.

et merens venit ad quēdā
famosum senem · petens
ab eo verbum consolationis ·
Cui abbas · Quid hēs?
Et quid tibi est? Cui ille.
En iterū pater lucifer cū
ruit de celo / monachus
ille tam nominatus de sancto
consorcio / de deo ad dyabolum /
de hēmo in secūm · et tu di
cis quid habes? Quid tibi
est? Addit senex: profunda
nimis et inscrutabilia sunt
dei iudicia super filios hominum.
Desine igitur mirari: qui ille
cecidit · sic potius mirare
qui inter tantas demonum in
sidias aliquis stat · Nullus
ergo homo securus esse de
bet in hoc seculo / teste apo
stolo · Qui stat videat ne
cadat · Qualis esse debe
at monachus. C. xxxvij.

Quidam abbas frater
quesiuit a quodam
magne sanctitatis sene · qui
puerire posset monachus
ad statum perfectionis · Tunc
abbas subito cucullam
eruit · et super terram piciens
eam diu et fortiter pedibus
conculcauit · Quod mo
nachus intuens · plurimum
miratur · Cui senex ·
Monachus qui a filijs hominum
seculi non conculcatur · et
despicitur · nequaquam perfectus ·
nequaquam deo dignus effici
tur · Quod aliqui plus
credunt adulatoribus quam
sibi ipsis · C. xxxvij.

Rusticus quidam portauit
agnum venale ad fo
rum · Quod quidam lenator
videns · dixit socijs suis ·
Vltra hic agnum quem portat
rusticus iste · Cui dixe
runt · Volumus · Et ipse
disposuit socios suos per
diuersa loca · per que ru
sticus erat transitur · dicens ·
quod quilibet illorum peteret
a rustico si uellet uendere
canem illum · Et cum primus
quereret · credit rusticus ·
quod non esset canis sed agnus ·
sed cum quelibet alter similiter
et canis / ad ultimum ce
didit de agno quod esset canis /
sic aliqui plus credunt
adulatoribus quam sibi
ipsis · De hiru sacerdote
et gloso · C. xxxviij.

Dionysian quidam rex ·